


Wilhelm David Habermann

**Programma, quo ad Natalem Dei-Hominis, Nati Ex Virgine, pie devoteque
obeundum, O. O. Cives Academici serio studioseque invitantur**

Rostochii: Typis Joh. Weplingi[i], [1708?]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1858121523>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1708 Weihn.

~~A-1256.~~ 113.



Aticinium Prophetarum

diu in V.T. prædictum & jam pridem per DEI GRATIAM impletum, est FILII EX VIRGINE NATIVITAS. Hoc est illud Summum Sanctissimum, que nostræ Religionis MYSTERIUM, non solum omnem intellectum, (id enim infinita sine dubio naturalia faciunt) sed etiam omnem Naturæ potentiam & ordinem admirandum in modum superans.

Nec obstat, quod Historiæ naturalis observationes fidelicet dignæ, *Embryones dari in Embryonibus, & Virgines in utero sua Matris adhuc existentes esse impragnatas*, doceant: nimirum Bartholinus in Cent. VI, hist. X, & Tract. de Part. insolit. viis c. 16. *In Fiovia Uxorem Gravidam genuisse Embryonem, in cujus (semella) ventre tumido in loco consueto, alius foetus, omnibus modis perfectus, inventus fuit.* In Ephem. Germ. Medic. An. II. Dec. II. obs. 72. *Infans 8. dierum peperit filiam vivam, benè conformatam, longitudinem mediæ digiti habentem; cum secundinis & lochiis effluentibus, baptizatam una cum matre, & paulo post demortuam.* In Ephem. Gallic. An 1676. simile exemplum reperitur: & aliud adhuc in observationibus Paulini. Idem & in brutis contigit, vid. Euseb. Nieremberg. Lib. 6. Hist. nat. & Bodinus Tr. de abdit. rer. sublim. arcan. Colloqv. 6. Et in semine Plantæ mediante microscopiò jam delineata conspicitur integra planta futura, cum floribus, radicibus & futuro semine jam perfecto. Hoc tamen; tenellas illas Gravidas mansisse Virgines; & Imaginationem Matris Gravidæ harum semellarum ingravidationis veram & efficientem causam fuisse; minimè probari potest. Non est quidem negandum effectus mirabiles & *monstruosos* ab Ideis, seu Imaginatione.

tione Gravidæ matris, si fuerit cum animi pathemate, (irâ, ter-
 rore, desiderio, conjuncta) redundasse in fætum : hoc tamen
 certum est, nunquam ejusmodi effectus contigisse, nisi fætum
 jam formatò, & maximè ultimis ingravidationis mensibus. Ni-
 mirum talis commota Imaginatio nil formare per se & im-
 mediatè potest: nunquam enim illibata Virgo ab imagina-
 tione solâ ingravidata est, licet æstro libidinis commotâ:
 nunquam utero gestavit vel fætum naturalem vel mon-
 strum, imò ne quidem molam, ut constans est ab antiquissi-
 mis temporibus huc usque observatum. Sed principium vi-
 tale illud, quod semini soli insitum & essentialè est (& quod
 totâ subsistentia differt ab animâ Gravidæ matris) hoc in-
 quam Seminis principium vitale (ex utriusque sexus se-
 minalium Spirituum conjugio exsuscitatum) quod solum &
 unicè format sibi corpusculum suum h. e. embryonem, il-
 lud & Terroris Ideam matris suæ Gravidæ intuetur, inde-
 que pariter in terrorem agitur, & ad istam terroris dictam
 ideam (abeundo à naturali insita ideâ) struit suum corpus
 & producit monstrosam conformationem. Quis autem
 dubitet, semen humanum primo Embryonum sanguini, (si non
 perpetuò, saltem interdum, & in casibus observationum su-
 prædictarum) esse coævum? Sæpè enim Natura humana ni-
 mium præmaturè actiones suas (secundum longiores debi-
 tasque temporis mensuras inchoandas) instituit; quod patet,
 exemplis evacuationum menstrui sanguinis, infantibus
 obtingentium; præcocium ingeniorum; item hominum, qui
 ad justam staturam adulti hominis succreverunt intra pri-
 mum suæ ætatis quinquennium. vid. observ. Plateri. Veru-
 lam hist. Vit. & mort. (sed tum solet natura etiam, tan-
 quam universâ periodò maturius absolutâ, brevi in totum
 cessare.) Verior ergo patet imprægnationis fætuum supra di-
 ctorum causa: quæ utique fuit Vapor seminalis Patris, qui pe-
 netrare potuit, ad Embryonum semen, illudque actuare, Raris-
 simam

firmam autem hujusmodi Imprægnationem esse voluit Providentia Divina. Animalium enim fætus jacent in uterò, non immediatè & nudi, seminis virilis aspergini expositi; sed obvoluti sunt peculiari involucro seu membranâ (secundina dicta) quæ copiosissimas continet glutinosas aquas; in hisce mediis aquis liberè & molliter quasi natant ut vitellus in ovi albumine: hæc Aqua arcere potest omne feminale contagium. In supradictis vero in gravidationis Embryonum casibus, potuit vel secundina esse disrupta, hinc aqua embryoni circumfusa effluxit (diu enim in utero vivere posse fætus ruptis secundinis & absque aquâ, observationes testantur) vel aquæ debitam non habuere glutinositatem & consistentiam vel temperiem, vel quantitas aquarum fuit justò minor & totum circumdare fætum non potuit: contagium ergo feminale patris hinc facile ad intima corporis & semen tenelli Fœtus penetrare potuit. *Rarissimè quidem contingere dixi hujusmodi imprægnationem: si tamen contigerit, (ex quacunque denique causa) tum feminalem conjunctionem semel conceptam non diu & per multos annos quiescere & expectare adultam & aptiorem ætatem; sed statim suam, lege Naturæ, exordiri operationem, hæc exempla manifeste docent.*

Stat ergo firmissimum, nec ullis fallaciis neque Conjecturis subruendum assertum: **Semel tantum, idq; modò omnem Naturæ potentiam transcendente, Virginem peperisse; Naturam Divinam, imò Plenitudinem Deitatis, (Col. II. v. 9.) in semen Virginis descendisse illudque actualasse; Deum-Hominem sanguine humano enutritum fuisse.** Ad hoc
Myste.

Mysterium Intellectus noster caligine suffunditur, Natura stupet, Angeli jubitant, Dæmones contremiscunt!

Poterat SALVATOR NOSTER ex Terrâ, castissimâ nostra matre, vel ex costa Mariæ Virginis, adsumere sibi humanum corpus, & sic fieri frater noster; sed exarsit sanguinis humani Amore, & ex ejus semine nasci voluit. Finis & intentio infiniti hujus Amoris erat amissa nostra nobis restituenda Vita. Sapientissimus enim vitæque nostræ Amantissimus Architectus noluit generationem fieri nostram, nisi mediante seminis (seu seminalium spirituum) utriusque sexus conjunctione: hac mediante semen sanum & robustum unius sexus, semen imbecille & morbosum alterius permeat, illiusque morbosa seminia extinguit. Et hâc methodo terminus quidem vitæ hujus mortalis absque morbis aliquamdiu prorogabatur; ast mortis hæreditarium contagium quo tolleretur penitus, & in ipso nostro semine extingueretur, DIVINA NATURA in castissimæ Mariæ Virginis sedimisit semen, ceu palæstram Potentiæ suæ immensæ, pugnantis, & de devictis, peccatis, morte, principatibus & potestatibus Dæmoniorum triumphantis, Col. II. v. 15.

Tum Spiritus humani seminis intimo DIVINITATIS fædere & unione Sanctus & Victor, ordiebatur suam Architecturam: mox formabatur exigua bulla, cui innatabat MAXIMUS ILLE ET IMMENSUS, quem cæli Cælorum comprehendere potuerunt nunquam; jamque unus idemque sanguis Embryonem inter & matrem, hoc est DEUM inter & Homines circulare incipiebat; tendebatque ab utero Virginico per canalem umbilicalem & umbilicum primò ad *Jecur purissimum*, & nullâ unquam amaritie bilis imbuendum; hinc per Venam adscendebat ad *Cor sanctissimum*, nostri desiderio unice palpitans; inde diffundebatur per arterias ad anxium tristitia tantum nostrâ splenem, ad renes castissimos, ad *tenerrima reliqua viscera*, intestinò amoris nostri æstuan-

ria ; ad omnia denique *membra, tendines, nervosque* qui nostra olim bajulare peccata deberent. Sic nutriebatur sanguine matris, PATER ÆTERNITATIS, (Ei. IX. 6.) usque ad terminum inauditi partus. Tum excludebatur & prodibat in mundum hunc immundum, novem mensibus exactis in plenitudine temporis, INFANS ILLE qui æternitati erat coævus.


Excludebatur inquam per *uterum naturaliter apertum*, qui clauso eodem erat conceptus : eoque ipso convicta est ratio per ipsos sensus, DEUM HOMINEM assumpsisse *corpus* non quale sibi fabricantur Spiritus, ex hâc atmosphærâ vel collectis forte luminis & umbræ radiis, phantasticum, sed VERUM, & instructum UMBILICO, (quoprimum nostri carebant parentes) quem nudum postea ostendebat in ara crucis. Excludebatur unâ cum Secundinis per umbilicalem funem corpori sanctissimo & umbilico quidem, adhuc adherentibus : qui funis (h. e. canalis, quem pertransit mater : nus sanguis ad factum) sollicitâ obstetricis manu erat abscindendus, & ob sanguinis impediendum lethalem effluxum ligandus. Si enim restitisset secundina in utero (quod factum fuisset, si CHRISTUS prodiiisset utero clauso, nam & *secundinas suas necessario prius penetrare debuisset*) tum hic partus fuisset lethalis morbi causa Matri : secundina enim restitans in utero sine adherente foetu putrescit. Vel si incorruptibilis fuisset secundina restitans, tamen inde mansisset Virginis venter tumidus, & quæstio fuisset ; an relictum sit in utero monstrum, à vi seminis aberrante productum ? an mola (quæ nunquam generatur in Virgine) an superfætatio vel Gemini. Vel asserendum & secundinas uterum clausum penetrasse ? tum dubium esset : an secundina sit verum ex sanguine matris concretum ? an talis miraculosa, secundina potuerit corrumpi ? & tum superesset utique

que adhuc inter reliquias sanctorum ; Matre, A SPIRITU
 TU SANCTO licet in umbrata, lege Naturæ in pulverem
 resolutâ. Imò nec *Virgo* potuisset dici juxta S. S. *peperisse*.
 Partus enim extra dubium est *actio solius Gravida*, non ve-
 ro fætus. Natura enim matris sentiens corpus fætus abso-
 lutum & sat robustum uterum movet suum, ejus fibras
 contrahendo blande hospitem suum premit ad exitum, tum
 rumpuntur involventes secundinæ & effluit cum aqua san-
 guis & sequitur fætus. Si denique utero clauso hic Virgi-
 nis partus fuisset absolutus, tum primum fuisset à CHRIS-
 TOSTO perpetratum miraculum, illud vero quod factum Cæ-
 næ Galilææ, secundum. Sed mittamus pia magis quam
 considerata de utero in partu clauso figmenta ; Admira-
 da per se satis est Humiliatio FILII DEI : quæ NATURÆ
 CONDITOR se subjecit legi Naturæ & DIVINITAS se
 hominis vilitati conjunxit intime : quo hominem, quæ-
 rere Divinitatem affectans in Paradiso cecidit, erigeret
 Humili hunc & puro corde diligamus, quia nos dilexit pri-
 us Amore infinito, quem in hac *stupenda* SUI NATIVI-
 TATE demonstratum, piâ nunc memoriâ debitisque lau-
 dibus recolamus, & Lingvæ Angelicæ faciamus no-
 stram cum omni Exercitu Cælesti jubilantes GLORIA
 IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX, HOMI-
 NIBUS BONA VOLUNTAS. GLORIA IN EXCEL-
 SIS DEO PATRI! Ille enim est MISERICORDIÆ ILLE
 PATER, qui FILIUM SUUM dedit nascendum ex mu-
 liere : qui ut homo reconciliaretur DEUM in carnem ut
 fieret HOMO misit. GLORIA IN EXCELSIS DEO
 FILIO ! qui propter hominum salutem de Cœlis descen-
 dit & hominis induit semen, in eoque contrivit caput ser-
 pentis. GLORIA SPIRITUI SANCTO ! cujus omni-
 potenti virtute SANCTISSIMUS HIC EMBRYO in ute-

ro Hominis conceptus. Sit GLORIA IN EXCELSIS
TRINUNO DEO qui PACEM Terræ dedit cum PRIN-
CIPE PACIS. Hæc PAX quæ superat omnem intelle-
ctum Phil. IV. v. 7, est ipsissima ineffabiliter BONA VO-
LUNTAS DEI erga Homines. Hunc Hymnum CIVES
pleno & puro ore & casto corde canamus & Angelorum
choro immixti DEI FRATRIS NOSTRI hodiernum
NATALEM pari tripudio & concursu in secula
nulla fine terminanda ce-
lebremus !

P. P. in iplo Natali Festo.
Anno dno 1669.





ria; ad... *ve membra, tendines, nervosque* qui no-
stra olim... *cata* deberent. Sic nutriebatur lan-
guine ma... **ÆTERNITATIS**, (Ei. IX. 6.) usque
ad terminu... *artus*. Tum excludebatur & pro-
dibat in mu... *immundum, novem mensibus exa-*
ctis inplenit... *is, INFANS ILLE* qui æternitati
erat coævus.

Excludebatur... *per uterum naturaliter apertum,*
qui clauso eode... *otus: eoque ipso convicta est*
ratio per ipsos se... **HOMINEM** assumpsisse *corpus*
non quale sibi fab... *tus, ex hâc atmospharâ vel*
collectis forte lum... *radiis, phanasticum, sed*
VERUM, & instru... **CO**, (quoprimi nostri ca-
rebant parentes) que... *ea ostendebat in ara cru-*
cis. Excludebatur un... *dinis per umbilicalem*
funem corpori sanctiffi... *o quidem, adhuc ad-*
hærentibus: qui funis... *uem pertransit mater:*
nus sanguis ad factum) lo... *cis manu erat abscin-*
dendus, & ob sanguinis in... *lethalem effluxum*
ligandus. Si enim restitit... *in utero (quod fa-*
ctum fuisset, si **CHRISTUS**... *ro clauso, nam &*
secundinas suas necessario prius
partus fuisset lethalis morbi cau... *huisset) tum hic*
restitans in utero sine adhærente... *secundina enim*
corruptibilis fuisset secundina rel... *it. Vel si in-*
set Virginis venter tumidus, & qu... *inde mansis-*
sit in utero monstrum, â vi semina... *an relictum*
an mola (quæ nunquam generatur... *productum?*
tatio vel Gemini. Vel asserendum... *in superfæ-*
clausum penetrasse? tum dubium esse... *uterum*
verum ex sanguine matris concretum... *ndina sic*
losa, secundina potuerit corrumpi? & t... *miracu-*
que

